





1798 74

ANALECTA HISTORICA  
AD  
MEDICINAM EBRAEORVM.

—  
CONSENSU FACULTATIS MEDICAE  
HALENSIS,  
GRADVM DOCTORIS MEDICI  
LEGITIME ACQVIRAT,  
PRAESIDE

CVRTIO SPRENGELIO,  
MEDICINAE DOCTORE,  
PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO  
MEDICINAE ET BOTANICÆ;  
ADSESSORE FACULTATIS MEDICAË;  
PRAEFECTORE HORTI BOTANICI ACADEMICI;  
DIRECTORE SOCIETATIS SYDENHAMIANÆ;  
ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRAE  
CVRIOSORVM, ET SOCIETATIS  
NATVRAE CVRIOSORVM HALENSIS SODALI;  
SOCIETATIS MEDICORVM ET CHIRVRGORVM  
HELVETICÆ  
MEMBRO HONORIS CAVSSA NOMINATO;  
SOCIETATI SCIENTIARVM GÖTTINGENSI  
LITERARVM COMMERCIO CONIVNCTO,  
DIE XIX. NOV. MDCCXCVIII.

DEFENDET

MEYERVS LEVIN,  
ANHALTINVS.

---

HALAE,  
FORMIS IO. CHRIST. HENDELII.

ANATOLICA HISTORICA

MEICINIA EDITIONARIA

COSMOGRAPHIA UNIVERSALIS

GRYPHONIUS DEDICATI MEDICIS

THEATRUM ORNAMENTALIS

THEATRUM

CARTIO SPLENDENS

THEATRUM MUNIFICENTIA

V I R I S

PERILLVSTRIBS, ILLYSTRIBVS,  
EXCELLENTISSIMIS ET EXPERIENTISSIMIS,  
FACVLTATIS INCLYTAE MEDICAE,  
QVAE HALIS SAXONVM FLORET,  
DECANO SPECTATISSIONO,  
SENIORI VENERANDO,  
CETERISQUE MEMBRIS ET ADSESSORIBVS  
AMPLISSIMIS CELEBERRIMISQUE,  
PRAECEPTORIBVS ET FAVTORIBVS,  
FAMA, DOCTRINA, ERUDITIONE,  
VIRTUTE  
CLARISSIMIS,  
QVOVIS MERITORVM IN ME GENERE  
ET BENEFICIORVM MVLITVDINE  
IN SIGNIBVS,  
PIETATIS, GRATITVDINIS, VENERATIONIS  
CAVSSA,

VOTVM VVLT HOCCE SPECIMEN

MEYERVS LEVIN.

A 1112  
PRAEFACTIO ET PRAEFATIUS  
PRAEFATIUS ET PRAEFATIUS  
TOLITATIS MELITAE MEDICINAE  
OMNI HABIT SAGITTUM TIGERI  
DECANO SPECIATISSIMO  
SENIORI AENEARIO  
CETTERGAE MUNERIS ET ACCESSORIAS  
AVENTIARUM CETERARUM GAY  
HIERARCHIAE ET VADOURIAS  
LAMM DOCTRINA EDITIONE  
ARTATIS  
CLAVISSIMIS  
OVOIS MENTORIUM IN ME QVINNE  
ET IMMPLICIOVUM MULTIPLICARE  
INDIVIDUA  
PRAEFATIUS CANTITATIBVS ALITERATIONIS  
CASSI  
AVOTAM AVAT HOCQD SIC DIVINAM  
MELITAE TITAN

§. 1.  
§. 2.  
§. 3.  
§. 4.  
§. 5.  
§. 6.  
§. 7.  
§. 8.  
§. 9.  
§. 10.  
§. 11.  
§. 12.  
§. 13.  
§. 14.

## C O N S P E C T V S.

- §. 1. Iudeorum medicina variarum sectarum me-  
dicarum mater, e. g. Neoplatonicae et Para-  
celsicae.
- §. 2. Nec ipsa a gente ipsa inventa, sed ab aliis  
populis hausta.
- §. 3. 4. Medicina patriarcharum.
- §. 5. Aegyptiacae scientiae traductio in populum  
Israël.
- §. 6. Mosis doctrina.
- §. 7. Ad Dei iracundiam referuntur morbi. Deus  
solus medicus.
- §. 8. Vestigia Aegyptiacae medicinae traductae.
- §. 9. Levitica tribus sibi arrogat artem medicam.
- §. 10. Salomonis scientia.
- §. 11. Vates medici.
- §. 12. Exilium Babylonicum.
- §. 13. Zoroastricæ philosophiae traductio in Ebraeos.
- §. 14 — 16. Orsus et informatio eius doctrinæ.

A

§. 17.

- §. 17. Progressus.
- §. 18—20. Adfinitas, quae Zoroastris et Indorum pristinam religionem intercedit.
- §. 21—23. Vestigia dogmatum, a Zoroastris ad seculis sumitorum, in scriptis Ebraeorum.
- §. 24. Alexandrinae scholae disciplinam et sententias adoptant Ebraei.
- §. 25. Trihaeretum Ebraeorum; tercia secta, Efsaeorum, medica.
- §. 26—30. De Efsacis et Therapeutis.
- §. 31. Efsaeorum dogmatum et Christianismi adfinitas.
- §. 32. Kabbalae ortus et cum medicina connubium.
- §. 33—36. Talmudum origo, et doctrina medica in iis inventa.
- §. 37. Academiarum judaicarum ad Euphratem ratio.
- §. 38. Artis medicae indoles, quam professi sunt academiarum earum doctores.
- §. 39. Transitus scientiae ex iis academiis ad Arabes.

ANA-

um  
ad.  
en-  
Ef.  
lia-  
m.  
ica-  
em-  
int-  
es.  
A-

---

## ANALECTA HISTORICA

A D

### MEDICINAM EBRAEORVM.

---

S. I.

**G**ens Ebraeorum sola et in toto orbe  
praeter ceteras mira, per faeculorum millia  
legibus, moribus, disciplinis, cultu denique  
fere aeterna, tot insignium vicissitudinum, quas  
ars nostra subiit, occasionem praebuit, atque  
tanta sapientiae affectatione iampridem sci-  
entiam plus quam humanam ostentavit, ut,  
qualis ab omni aevo fuerit et doctrina et  
ars medica eius gentis, ratione duce ex ge-  
nuinis historiae fontibus sedulo inquirendum  
esse omnino videatur. Operae enim pretium  
me facturum esse arbitror, si origines dog-  
matum medicorum, quae Iudeorum opera

A 2

in

in disciplinam nostram saepius irrepserunt, circumspectius illustravero, quam alioquin probe diudicari nequeant, nisi primus eorum ortus variaeque mutationes dilucide expositae fuerint. Tum Neoplatonicæ, tum Paracelsicae sectæ primordia in Iudaismi commentis quaerenda esse, Cl. *Praefes* uberioris iam evicit.

SPRENGELS Gesch. der Arzneyk. Th. II.  
S. 147. Th. III. S. 260. f.

### §. 2.

Fatum fere huic populo fait, ut ab aliis accepta dogmata et artificia facililime in suos usus convertere ac quasi propria sibi reddere didicerit. Neque id penitus impediri potuit repetitis illis vettis, ne barbarorum cultum populus Istraël imitaretur <sup>1)</sup>: neque imprecationibus horrendis sacerdotum, ne quis Graecorum dogmata addisceret <sup>2)</sup>. Ea autem ab omni aevo ubique ita acceperunt, ut suis peculiaribus adiungerent ac admisce-

rent,

<sup>1)</sup> Levit. XXVI. 1. etc.

<sup>2)</sup> Tract. Talmud. Bava Kama, fol. 82. col. 2.

אָרוֹר אֶרְךָ שְׁלֵמָה בֶּן הַכֹּתֶת וּרְבָנָה;

rent, penitusque nonnunquam immutarent  
peregrinorum populorum doctrinas et artes.  
Optandum praeterea esset, ut nonnisi bona  
ac vera accepissent dogmata, neque ea, quae,  
dum vim imaginandi excitant, errores plu-  
rimos gignunt.

## §. 3.

Palans primitus familia Abrahami, an-  
tequam fame coacti Iacobi filii Aegyptum  
adirent, veri Dei tanquam patris familias  
cultum, ex Ur-Chaschdim (Arachosia, pro-  
vincia inter Persiam et Indiam, quae ab  
oriente Candaharam contingit, septentrio-  
nali sui parte Bactrianae contermina) <sup>3)</sup> trans  
Tigrim in Canaaniticam regionem secum duxit.  
In India enim a remotissima inde antiquitate  
unius Dei cultus per Brahmanos, seu epo-  
ptas, propagatus, ab Abrahamo forte divul-  
gatus, ipsum coëgit, ut occidentem peteret:  
id quod genuinis Indorum documentis co-

dem

<sup>3)</sup> GATTERERS synchronist. Universal-Histor.

S. 81. — WAULS Beschreib. von Persien,

S. 574.

dem fere modo docetur, ac nostrae gentis  
sacris scriptis 4).

§. 4.

Quodsi tribus Noachidarum, Bactriam  
et occidentales ab Indo amne regiones habi-  
tans, maxime vero familia Arsachschad, e qua  
Abrahamus genitus fuit, unicum Deum,  
tanquam patrem familias coleret, nihil mirum  
est, si pater ille divinus humana forma  
Abrahamo appareret, cumque ipso ita loque-  
retur, ac si ipius, prae aliis, familiam  
sibi carissimam elegisset; nihil mirum, si  
quaecunque acciderent, five bona five mala,  
ad unicum Deum, velut patrem familias, vel  
propitium, vel praevaricationibus offendum,  
referrentur. Hinc itaque quaevis domiciliis  
mutatio, quivis morbus, quodvis bellum,  
tanquam a Deo, patre tribus sibi carissimae,  
praecepta, immissa considerabantur. Hinc  
candido et obedientio animo, qualis filium

ba-

4) Cf. Genef. XII. 1. — DOW's history of Indo-  
stan, p. 8. — HOLWELL's interesting histo-  
rical events, relative to the provinces of Ben-  
gal, tom. II. p. 31.

bonum decet, patris praecepta et consilia  
obserbat Abrahamus cum sua familia; hinc  
vel gratitudine vel peccatorum conscientia  
coactus patrem benignum venerabatur sive  
offensum expiabat. Qui quidem cultus, ve-  
lut unica morbos curandi ratio, sancte et  
a posterioribus servatus fuit, etiam si Ae-  
gyptiorum doctrinam qualicunque modo hau-  
ferint.

§. 5.

Cum enim duodeviginti fere saecula  
ante aeram christianam maiores nostri Ae-  
gyptum adiissent, cum unus et veri Dei  
cultu scientiam populi, hospitalis primum,  
deinde vero inhumani et crudelis, conun-  
gere fategerunt. Eo autem tempore pecu-  
liarem fuisse *medicorum* vel tribum vel ordi-  
nem in Aegypto, vel inde liquet, quod Io-  
sephi nutu medici Aegyptii ungerent corpus  
defuncti Iacobi <sup>5)</sup>). Prae aliis autem MOSES,  
e Levi tribu genitus, in domo regis Aegy-  
ptii educatus, scientia Aegyptiorum universa  
imbutus, medicam quoque artem doctus

gen.

5) Genes. L. 2.

genti suae leges imposuit et sapientissimas  
et saluti eius maxime congruas. Disertis  
quidem verbis medicam artem ab Aegyptiis  
didicisse Mosen, ~~CLEMENS~~ est auctor  
*Alexandrinus*<sup>6)</sup>; a Graecis autem in Aegypto  
degentibus, temporum ratione neglecta, per-  
peram arbitratur *PHILO Alexandrinus*<sup>7)</sup>.

§. 6.

Quanta fuerit *MOSIS* scientia circa res  
naturales et morbos praefertim, vel inde  
elucet, quod lepram albam, in Aegypto et  
Arabia popularem, optime cognoverit, probe  
descripserit, eaque praelidia imperaverit ad-  
versus eum morbum, quae faecitiam eius  
impedire possent. Maculas enim, quae praef-  
agiunt lepram ipsam, ita distinxit ab inno-  
centibus, ut ad profundiorum earum situm  
et ad canescerentem pilorum colorem respice-  
ret: criticam declaravit impetiginum eru-

ptio-

6) *Stromat.* lib. I. p. 343. ed. *Sylburg*, fol. Lutet.  
1629.

7) *De vita Mosis*, lib. I. p. 84. (Opp. ed. *Mangay*,  
fol. 1742.)

ptionem, qualem et posteris temporibus observarunt <sup>8)</sup>. Bene etiam distinguit alopeciam immundam a pura, nominibus ἄσθραντι et ἀσθράντι, quarum illa ab anteriore parte capillitii incipiens innocens est, haec vero a posteriore capitis parte ordiens, cum affectu in album rubescente iuncta, plerumque lepram praesagire solet <sup>9)</sup>.

Elucet etiam solida et subacta, quam Moses de rebus naturalibus habuit, cognitio vel inde, quod fontem amarum dulcem, immisso ligno, reddere potuerit <sup>10)</sup>; quod ligni vi naturali, nec miraculo cuidam tribendum esse, ipse Siracides fatetur <sup>11)</sup>.

§. 7.

Deinde vero animadvertendum est, Deum patrum ubique esse, lege Mosaica, patrem fac-

8) Levit. XIII. 3—6. Cf. HENSLER vom abendl.

Auslitz, S. 287.

9) Ib. v. 41. 42.

10) Exod. XV. 25.

11) Sirac XXXVIII. §.

familias, filiorum obedientia propitium; per-  
vicacia vero iracundum, imo crudele:  
Deum itaque Zebaoth, El-Kanna, esse sum-  
mum medicum<sup>12)</sup>, ipsius iracundiam morbos  
immittere genti, sacrificii vero et redditu ad  
poenitentiam expiari. Quicunque legem ab  
ipso per Mosen promulgatam non observave-  
rit, maledictus erat, et omnibus morbis ob-  
noxius<sup>13)</sup>. Huc itaque pertinet Mirjamae  
morbus leprosus, quo, cum obloqua esset con-  
tra Mosen, correpta, prius non libera-  
batur, quam ipse MOSES Deum implorasset;  
וְאַתָּה נִזְבֵּחַ לְפָנֶיךָ אֱלֹהִים O Deus, sana eam  
quae<sup>14)</sup>. Ita, cum populus in Mosen conspi-  
rasset, pestis grassari coepit, quae quatuor.  
decim millia hominum et septingentos ene-  
cavit, neque prius siluit, quam AHARON  
Deo sacra fecisset suffimentis accensis<sup>15)</sup>.

§. 8.

12) Exod. XV. 25. וְאַתָּה נִזְבֵּחַ לְפָנֶיךָ אֱלֹהִים

13) Deuteron. XXVIII. 58, 59.

14) Numer. XII. 13.

15) Numer. XVI. 41.

## §. 8.

Aegyptiorum vero praeterea mores et instituta imitatus esse videtur Moses, quem facerdotibus fere solis e Levitica tribu artem medicam, velut peculiarem ac sacram, adiudicaret<sup>16)</sup>. Sacerdotes autem Aegyptios solos fuisse medicos, Cl. *Praefes* uberior expositus<sup>17)</sup>. Aegyptiorum quoque mores arcanos et superstitiones imitatus fuisse videatur, quum aeneum serpentem erigeret, ut morsi serpentibus venenatis eo modo consenserent<sup>18)</sup>. Prodigii enim iam olim praefigiatores Aegyptios vicerat.

## §. 9.

Posteris temporibus Levitica tribus, victimis immolatis et suffimentis Deo gratis accessis, ipsum expiare studuit, quoties popularis morbus graffari coepisset. Vates etiam adfectorunt populum vitiis corruptum ad me-

lio-

<sup>16)</sup> Levit. XIII. XIV.

<sup>17)</sup> SPRENGELS Gesch. der Arzneyk. Th. I.  
S. 48.

<sup>18)</sup> Num. XXI. 5 — 9.

liorem virtutibusque probatiorem vitam admonere, iracundiam autem et vindictam Dei nunciare, quae morbis popularibus immineant, si paecepta ipsius et leges non observaverint. Philistaei, arca foederis raptarunt, ~~τοιχίου~~ seu *τύπας ουράνος*, mariscis leprosos adfecti, prius non liberati fuerunt, quam arca reddit a et victimis immolatis<sup>19)</sup>. Rex Saulus, insania corruptus, *spiritu* dicitur *Dei malo* vexatus fuisse, quem Davides fidicenter solus fugare potuerit<sup>20)</sup>. Quum Davides rex populum numerari temere iussisset, vates Gad Deum ira excanduisse ipsi nunciatae peste populus corripitur, trucidantur septuaginta millia hominum: tandem Davides victimis immolatis et ara Deo exstructa numeri expiare et faecitiam morbi tollere potest<sup>21)</sup>.

### §. 10.

Solus fere Salomon rex, et scientia non vulgari et commerciorum amplitudine

<sup>19)</sup> 1 Sam. V.

<sup>20)</sup> 1 Sam. XVI, 14.

<sup>21)</sup> 2 Sam. XXIV.

et divitiarum copia insignis, ultra Levitico-  
rum doctrinam, a Phoeniciis forte et Aegy-  
ptiis et Arabibus edoctus, sapuisse videtur.  
Is enim non solum herbarum notitia et ani-  
malium cognitione inclaruit<sup>22)</sup>, sed librum  
etiam reliquissime traditur, qui de curandis  
hominum morbis ageret; quod opus, natu-  
ralia forte remedia suadens, ab Ezechia  
abolitum satisse fertur, ne divina remedia,  
quaes Levitica tribus sacrificiis commendabat,  
negligerentur<sup>23)</sup>. Quin ipsi Salomoni lar-  
gitum esse Deum, narrat JOSEPHUS, ut  
carmenibus potuerit expiare numen, et im-  
precationibus cacodaemones fugare, qui  
morbos producant, quam quidem curationem  
ad ipsius Iosephi usque tempora inter Iu-  
daeos maxime invaluit. (Καὶ οὕτη μέχρι τοῦ  
παρελθόντος ἡ Θεραπεία πλεῖστον ισχύει.)<sup>24)</sup>  
Maxime memorabilis profecto locus, quum,

qua-

22) 2 Reg. IV. 33.

23) SVIP. tom. I. p. 681. ed. Küster. voc. Ἔζε-  
χιος.24) JOSEPH. antiqu. Iud. lib. VIII. c. 2. p. 419.  
ed. Havercamp.

qualis fuerit 'curandi ratio apud Iudeos a temporibus Solomonis inde, hinc pateat. Adiungit *JOSEPHUS*, seipsum testem esse curationis, quam vates quidam *Eleazarus*, coram Vespasiano imperatore, in daemonibus obficio insisterit. Immisit nimis in nares aegroti radice ea, quam Salomon commen-daverat, huius nomen pronunciabat, atque *ēnāordās* a Salomone imperatas incantabat.

Quodsi vero libere proferre, quae sentio, liceat, arbitror omnino, *naθagouos* illos atque incantamenta multo superiorem habere originem, ac a posteris perperam Salomoni adiudicari, cuius nomen usurpant, ut eo maior sit praestigiarum auctoritas 25).

#### §. II.

Qui Salomonem sequabantur reges, per-versi plerique, patriam religionem spren-nentes, pessimum genti praebeuerunt exemplum, ut et ipsa Levitica tribus, Deo populari-alio.

25) Cf. SPRENGELS Gesch. der Arzneyk. Th. II:  
S. 158. 159.

alioquin gratiōr, accepta illi amplius esse non posset. Vates interea plures excitavit numen, qui hortabantur populum, ad meliorem redire frugem, minitabantur poenas graviores, ipsamque regni ruinam: ii Leviticis sacerdotibus artem medicam fere eripuerunt, quippe quum Deo gratiores esse viderentur. Hinc Ieroboami manus resoluta curatur a vate, quem rex offenderat<sup>26)</sup>; cuius filius cum morbo graviori laboraret, missa est mulier ad Ahiam vatem, ut de vita aut morte aegri praesagiret<sup>27)</sup>. Filium viduae Zarpathenīs, gravissimo hactenus morbo corruptum, ut spiritus fere nullus ei supereat, vates Elias restituit<sup>28)</sup>; idem quoque Ioramō, aegritudine corruptum fī, vaticinatur<sup>29)</sup>. Eliae discipulus Eliā Sunamitae mulieris filium a mortuis fuscitat<sup>30)</sup>: Naemānem, Syriae ducem, lepra laborantem,

la.

26) 1 Reg. XIII. 4.

27) 1 Reg. XIV. 2.

28) 1 Reg. XVII. 17.

29) 2 Paralip. XXI. 11.

30) 2 Reg. IV.

lavari in Iordanis alveo iussum, sanat<sup>31)</sup>. Ipse quoque vates Iesaias Ezechiam, de cuius salute medici desperasse dicuntur, superdatis tumori siccibus mollientibus, restituit<sup>32)</sup>. Rex Aſa, pedibus laborans, morte multabatur, quum Deum non quaererit, medicis potius confitus<sup>33)</sup>. Uſiae, cum ipſe ſacra facere vellet, minabatur facerdos Aſarias, et Deus iracundus lepra eum adfixit, qua ad mortem uſque laboravit<sup>34)</sup>.

§. 12.

En, quae relictā ſunt nobis curationum exempla ex eo tempore, quo populus Iſraēliticus regibus ſubditus erat. Tandem ſato accidit, ut utrumque regnum et Iudaicum et Iſraēliticum a Mediae, Aſſyriae et Babylonis regibus everteretur, captivaeque tribus in contumelioso exilio, per ducentos

hi,

31) 2 Reg. V.

32) 2 Reg. XX. Cf. JOSEPH. antiqu. Iudeic. lib. X. c. 2. p. 514.

33) 2 Paralip. XVI. 14.

34) 2 Paralip. XXVI. 16.

hi, et per septuaginta annos illi degere debuerint. Decem enim tribus Iudaicæ (717. ante aeram christ.) Hosea ultimo rege, a Salmanassare, Assyriæ Mediaeque rege, exules ducebantur in Mediae urbes, ad Chelach et Chabor iuxta fluvium Gofan (Khurdisfan, Schirvan et Aderbidschan) 35). Iudaica autem tribus, Zedekia ultimo rege, amandabatur a Nabuchodonosore, rege Babylonis, post 132 annos (585. ante Christum), ad Babylonem 36). Qui supererant, Iohanane duce, Aegyptum adierunt, licet vates Ieremias diffusaerit 37). Ab eo inde tempore Ebraei inter peregrinas gentes, Medos, Assyrios, Chaldaeos et Aegyptios, degentes, licet cultum Deorum non adoptarent, variis tamen doctrinis barbarorum populorum adsensum denegare non potuerunt.

Hi

35) 2 Reg. XVII. 6. Cf. WAHLS Gesch. von Persien, S. 718. 719.

36) 2 Reg. XXV.

37) Ierem. XLII; XLIII. JOSEPH. antiqu. Iud. lib. X, c. 9. p. 532.

B

Hi praesertim, quum templo carerent, noeque ritus iecirco a Moſe rogatos servare possent, facile in eam descenderunt sententiam, sufficere, si quis mente casta puraque Deum colat, hominem supremi numinis studiosum sine victimis, aris, fæcerdotibus et suffimentis expiari posse. Auxit hanc opinionem, ut solet, solitudo, nec modo coætas divinae legis interpretationes, sed etiam princeps exulum quorundam dogma peperit: contemplando, corpus coercendo, vinum repudiando, et aufugiendo a domiciliis hominum, domum extirpationem et vinearum hortorumque cultum reiiciendo, viam ad amicitiam Dei ac summum perfectionis gradum sterni. Favebant autem huic sententiae ac ~~deorum~~ commenta gentium, inter quas exules Iudei decebant: et primi quidem, qui tales vitam gesserunt, Rechabitæ fuerunt, Iona dabae filii<sup>38)</sup>.

## §. 13.

In ea fere tempora incidit origo novae et singularis plane religionis, quam Zerduscht

38) Ierem. XXXV,

*Auscht f. ZOROASTER non multo post,  
(640 ante Chr.) Cyaxare Medianam regnante,  
invenit 39), in Bactriana primum ab ipso  
promulgata, a Medis adsumta tandem, Cyro  
regna vetera Mediae, Assyriae, Babylonis  
et Persiae iungente, ad Persas transit. Eius  
philosophiae pluribus commentis adsentientes  
exules Ebraei ita eadem cum patria sua reli-  
gione unierunt, ut nova haec inde fulcrum  
adipisci ipsis videretur. Haec quoque fuit  
philosophia orientalis, quae ab Ebraeis in  
Kabbalam mutata, ab Alexandrinis maxime  
cum philosophematis Graeciae coniuncta,  
faciem medicae scientiae tandem penitus mu-  
tavit, ac superstitiosa multa dogmata, to-  
tamque magicam curationem, quatenus fa-  
ciem sapientiae induit, genuit. Quae cum  
magni momenti instar habere videantur,  
paullo uberior de his disputandum est.*

B 2 v. 14. §. 14.

39) TYCHSEN in comment. Ioc. Götting. vol. XI.  
p. 1124 — HEEREN'S Ideen über die Politik  
der vornehmsten Völker der alten Welt, Th. II.  
S. 406.

Et primum quidem Zoroastris philosophia, in despotico Mediae regno genitam originem symbolice eodem modo explicavit, quo quies publica depopulantibus patriam gentibus vicinis, Turan habitantibus offenditur. Sicut enim Medorum tyrannus, beneficiorum omnium, quibus subditū gaudent, auctor, ita hostes Medici regni terminos obdidentes adsiduoque illud devastantes, cuiusvis calamitatis publicae originem constituant. Deinde vero sequitur hinc, quiete potissimum et tranquillitate summum bonum constitui, quod ceteris ardenter appeti necesse sit. Etenim et coeli aestus et servitus gentis aliam fere virtutem haud requirunt, quam honestam quietem, quae dolore vacat et turbulentis affectibus, iisque omnibus contentionibus, quae ab externis rebus provenire possunt. Quibus praemissis, iam latius patebit, quaenam fuerit Zoroastris sententia.

## §. 15.

Originem itaque mali antiquus ille Baetrianae et Mediae philosophus ita explicat, ut ab infinita aeternitate duas sibi adversas statuat causas et boni et mali, quas aeternus Deus ope idealium, seu *Feruer* activarum et vivarum, procreaverit: *Ormuzd* alteram, alteram *Ahriman* dictam, quarum illa sit perfectissimus, optimus, maximus boni cuiusvis fons, luce purissima velut corpore induita, creator ac stator omnium, quae videmus aut non videmus, verba praesertim aeterno<sup>40</sup>), quo ideas suas perfectissimas comprehendat ac exprimat. *Ahriman* vero, primus bonus, invidens τῷ *Ormuzd*, *Dew* factus est, umbra, tenebrarum parens, et cuiusvis mali origo, ab aeternitate inde contra *Ormuzd* et quemvis bonum dimicans, imagine *draconis* a septentrione inde (a Turanica regione) regnum lucis devastans<sup>41</sup>).

Ex

40) Zend - Avesta, von Kleuker, Th. I, S. 36. 37.

41) Ib. S. 4—6.

Ex aeterno illo lucis fonte, *Ormuzd*<sup>42)</sup>,  
effluunt ac promanant aeternis quasi circu-  
lis boni daemones, quorum duo ordines  
statuit Zoroaster: *Amschaspandes*<sup>43)</sup> et *Izedes*.  
Ilorum septem sunt, et secundus *Ardibebescht*  
sanitatem restituit, verus est medicus; *Ize-  
des* numerat duodetriginta, quorum qua-  
terni cuique Amschaspandi subditi sunt. Inter  
*Izedes* fulgent in primis *Mithra*, medius inter  
solem et lunam, et *Korschid*, sol ipse<sup>44)</sup>.  
Cum septeni essent proceres Medorum, se-  
pteni cubicularii regis<sup>45)</sup>, quivis perspicet  
similitudinem inter universi regnum et tyran-  
nidem Medorum.

§. 16.

Ex Ahrimane<sup>46)</sup> protinus promanarunt  
Deuses septem, a septentrione continuo irru-

42) i. e. mori neficius. *Ib.* Th. II. S. 63.

43) i. e. viribus excellens. *Ib.*

44) *Ib.* p. 15. f.

45) *Esther*, I. 10. 14.

46) i. e. malorum fons, vitiorum plenus. (*Zend-Ave-  
sta*, Th. II. S. 63.)

entes in lucis regnum, inter quos *Eoste* maxime morbos producit: ab his Ahrimanis diaconis seductus homo medium iam tenet locum inter utramque causam, donec pugnis adsiduis contra Ahrimanem vicerit, quo facto mortui animus in regnum Ormuzdi evehitur, cum quo lucis fonte beata fruatur vita in aeternum<sup>47)</sup>. Tandem etiam Ormuzd debellabit Ahrimanem, ut omnia beata fiant, omnia lucis et perfectionis plena<sup>48)</sup>. Precibus continuis, virtutibus cuiusvis generis et cultu ignis sublimis primitivi, imaginis nimirum Dei aeterni, gratus fit homo et acceptus Deo<sup>49)</sup>.

Is, *Mazdejshan* dictus, morbos fugare potest, qui si experiri medicamentum aliquod voluerit, id primum tentare iubetur in anima vili populorum, qui Dewibus, seu eacodaemonibus, subditi sunt, quo facto si homo sanescit, artem suam vallet, ac pro-

bus

47) *Ib.* Th. I. S. 20 — 24,

48) *Ib.* p. 32.

49) *Ib.* p. 43. f.

bus est mediens. „*Multae vero curationes  
fiunt ARBORUM ope, aut CULTRI, aut  
potius VERBI.* Verbo enim divino ac  
„coelesti tutissime morbi curantur. Purus  
„homo, verbo coelesti curatus, perfectis-  
„sime curatus est<sup>50)</sup>. „Curandi ratio apud  
Zoroastris adsecias vulgaris, hoc loco cla-  
rissime illustrata, nitebatur verbi colestis usu  
seu daemonum bonorum ex aeterno illo  
fonte lucis et boni cuiusvis emanantium  
auxilio.

## §. 17.

Ea autem philosophia Mediae familia-  
ris, transiit ad Persas, quum Cyrus eo  
regno potitus esset is enim primus statuit,  
ut magi quovis die hymnos canant et diis  
sacra faciant; qui quidem ritus ad XENO-  
PHONTIS usque tempora servatus fuit<sup>51).</sup>  
Quum Cyrus praeterea Babylonium regnum  
subiungasset, Iudaica tribus Ebraeorum, ibi  
exul,

50) Ib. Th. III. S. 336.

51) XENOPH. Cyropaed. lib. VIII. c. 8. p. 323.  
ed. HUTCHINSON. Cf. KLEUKERS Anhang  
zum Zend-Avesta, Th. II. S. 29. L.

exul, Zoroastris philosophiam discere et in  
suos convertere usus potuit.

§. 18.

Prius vero, quam in sententias Ebraeorum, et commenta, quae e Zoroastris philosophia mutuo acceperunt, ulterius inquiram, probabili conjectura adsequi studendum est, quaenam origo eius philosophiae constituenda sit, fueritne Zoroaster primus omnino auctor, sive ab aliis et aetate quidem prioribus auctoribus ea didicerit. Ipse quidem fatetur, primum vatem suae gentis *Hom* quemdam fuisse, regnante *Dschemshid*, quem Graeci *Achaemenem* vocant<sup>52)</sup>; aureum maxime faculum huius regno illuxisse, ipsumque *Hom* ea iam tradidisse, quae Zoroaster repeatat<sup>53)</sup>.

§. 19.

Neque tamen a veritate omnino alienum videtur, auctorem philosophiae inter Me-

52) HERODOT. lib. VII. c. ii. Cf. WAHL'S

Gesch. von Persien, S. 209.

53) Zend-Avesta, Th. II. S. 20. Th. III. S. 89.

Medos plura hauiisse ab Indis et Brahma-  
nibus, quorum doctrina certe omnis histo-  
riae nostrae documenta aetate superat. Id  
neque ex WILFORDI futilibus argumen-  
tis<sup>54)</sup> efficio, neque e chronologicis calcu-  
lis, quos risui potius et contemthi exposu-  
erunt IONES et KLEUKERUS<sup>55)</sup>; sed ex  
monumentis perantiquis cum epigraphis si-  
gulares et maxime obsoletas literas proden-  
tibus,<sup>56)</sup> ex certa librorum sacrorum anti-  
quitate, quae nostrorum librorum aetatem  
sine dubio superat<sup>57)</sup>, denique ex astrono-  
micas calculis, ab omni antiquitate exacte  
institutis<sup>58)</sup>. Exstant praeterea in antiquis  
Indorum libris traditions de Zoroastre et  
Pythagora Indiam adeuntibus, ut doctrinam

Brah-

54) Asiatic researches, vol. III. p. 295 — 468.

55) Abhandlungen über die Geschichte Asiens,  
B. I. S. 398; B. II. S. 239.

56) CHAMBERS in dens. Abhandl. B. III. S. 15. 26.

57) DOW's history of Indostan; diss. p. XXVII.

58) LE GENTIL voyages dans les mers de l'  
India, vol. I. p. 324.

Brahmanorum haurirent<sup>59)</sup>. Ultimo vero loco adfinitas systematum Zoroastris et Brahmanorum ea, quee rudius id apud hos, magis vero excultum ab illo monstrat, manifesto docere videtur, ex India potius migrasse in Mediam, quam translatum fuisse a Zoroastris discipulis ad ripas Indi.

## §. 20.

Interna haec, ut ita dicam, argumenta ex ipsa petuntur Brahmanorum theologia et doctrina ethica. Etenim docetur, aeternum Deum ante omne aevum tres personas in uno iunctas, *Birmah*, *Wifnu* et *Schiva* (seu terram, aquam, et ignem,) procreasse, e quibus omnis angelorum (*Devata*) exercitus promanaverit<sup>60)</sup>. Horum angelorum partem, vitiis corruptos, electos esse a summo Deo; in *Ondera*, seu orco, habitare, unde effluvia sua mala ubique prodeant et

cum

59) HOLWELL'S interesting historical events, relative to the provinces of Bengal, P. II. p. 25,

60) PAVILLINVS brahmanisch-indische Götterlehre, S. 125. — HOLWELL p. 25,

cum bonis daemonibus dimicent<sup>61</sup>). Plures itaque mundos numerant, vel tres, (intellectualem, aethereum, et coelestem,) vel septem, ex utroque principio bono vel malo effuentes<sup>62</sup>). Solem colunt, velut symbolum bonorum effluviorum<sup>63</sup>). Hominem, partim a bona, partim, si corpus spectes, a mala causa, ortum, includi huic corpori, ad poenam luendam, unde, quo magis corpus castigetur et coercetur, eo purior redditur homo, eoque proprius accedit ad perfectionem et beatitudinem daemonum<sup>64</sup>.

Hinc morbi, malis daemonibus producti, fugantur optime incantamentis, *magique*, et lectione sacrorum librorum<sup>65</sup>). Hinc *Samanaci*, qui solitaria et umbratili

<sup>61)</sup> HOLWELL p. 9. 44.

<sup>62)</sup> ROW p. XLII. — Hindu Gesetzbuch, von HÜTTNER, K. I. §. 19. K. IV. §. 182.

<sup>63)</sup> Hindu Gesetzbuch, K. II. §. 221. — PAULINUS p. 1 — 12.

<sup>64)</sup> HOLWELL p. 62.

<sup>65)</sup> Abhandl. über die Gesch. Asiens, B. III. S. 251. — Hindu Gesetzbuch, K. III. §. 213.

vita continuo Dei proprietates contemplantes, ab omnibus carnium esu abstinentes, magna ostentatione affectibus omnibus vacare studabant, veri Indorum medici antiquissimis erant temporibus<sup>66).</sup>

§. 21.

Ea itaque Indorum disciplina, sub aefluante coelo et tyrannico regno, inertiae faventibus, excoigitata, translata est a Zoroastre in Medianam, inde Cyri temporibus in Persiam, ubi exules Iudaei, templo carentes et sacrificiis, austera hanc et contemplativam vitam amplectentes, eo gratiores Deo suo fieri sperarunt, quo magis corpora coercerent et libris sacris, qui legem continebant, studenterent. Systema illud, cui ab emanatione nomine, acceptissimum Iudeis fuit, quum ad patriam ipsorum religionem proxime accedere videretur.

Hinc etiam non sine rationis quadam specie MEGASTHENES, qui Seleuci Nicatoris tempore Indicas res illustravit, Indorum

66) SPRENGELS Gesch. der Arzneyk., Th. I.  
S. 462.

religionem cum Iudaica composuit. (CLEM.  
Alex. Strom, lib. I. p. 305.)

Inde DANIELIS vatis historia et dicta insignem acquirunt lucem. Is vates enim, omni imbutus Perfarum Medorumque sapientia, chiliasmī spem in vaticiniis suis bene expressit<sup>67</sup>), et resurrectionem mortuorum disertis verbis docuit<sup>68</sup>). Is quoque emanationis sistema capite septimo ita illustrat, ut *senem dierum* (שָׁנָה יְוִתְרִיא) *filio hominis* seu primo effluvio, primae potentiae coeli<sup>69</sup> (Amschaspand), tradidisse potestatem et gloriam, ex ipsis folio amnem lucidum et igneum (בָּנָר וַיְמָנָה) promanare, myriades angelorum ipsi servire, statuat<sup>69</sup>).

### §. 22.

Inter dogmata, quae secum ex exilio Babylonico reportarunt Iudaei, maxime nitent: *immortalitas animi*, quam ante cog-

67) Dan. VII. 27.

68) Dan. XII. 2. 3.

69) Cf. SPRENGEL S. Geleh. der Arzneyk. Th. III.  
S. 254.

nōvisse non videntur, cuiusque prima fere post Danielem testimonia in apocryphis libris occurunt<sup>70)</sup>; deinde *angelorum* et *daemōnum* efficacia, quibus morbi fugantur et producuntur, unde Asmodaei cacodaemonis et Raphaēlis nomina primum in Tobiae Historia commemorantur. Raphaēl Asmodaeum vinctum in desertum septentrionale amandat<sup>71)</sup>.

§. 23.

Eodem etiam tempore arcana doctrina de verbo Dei mystico et personae vices agente, in scholas Iudeorum introducta ex Zoroastris philosophia (§. 15.), unicum habebatur morborum remedium, quum tanquam daemon primarius, seu effluvium Dei, consideraretur. Hinc in apocrypho libro legitur: Iraēlitas consanisset, neque herbae vi, neque emplastri, sed verbi divini οὐανεῖας<sup>72)</sup>.

Id verbum, Λόγος, seu נֹאמֵן Chaldaice,

לְבָבוֹ-

<sup>70)</sup> 2 Maccab. VII. 14. 23. Sapient. Solom. II. 23.  
III. 1. — Cf. (Corrodi's) Geschichte des Chiliasmus, Th. I. S. 34.

<sup>71)</sup> Tob. VIII. 3.

<sup>72)</sup> Sapient. Solom. XVI. 12.

*Umosatmōs*, a paraphraste Chaldaico, auctore *rēv Targum babylonici, ONKELO-*  
*sio, pro Dei nomine ἀλέγετοι* semper ven-  
*ditur, aut ibi etiam substituitur, ubi textus*  
*vocem יְהוָה habet*<sup>73)</sup>. Eam autem  
*paraphrasin chaldaicam vel tempore exilii*  
*babylonici, vel paulo post, ESDRA hor-*  
*tante, fuisse institutam, ut in synagogis*  
*legeretur, inde patet, quod patrii et aviti*  
*sermonis usum populus redux ex Babylone*  
*fere amissit, nec legem Ebraice exarata*  
*legere posset, unde Esdras quoque literarum*  
*Chaldaicarum usum primus introduxit*<sup>74)</sup>.  
*Cum chaldaico sermone transierunt etiam*  
*commenta plura populorum orientalium,*

su-

- <sup>73)</sup> Raym. MARTINI pugio fidei, P. III, diff. III.  
 c. I, p. 629. — GLAESNER et OVERBECK  
 diff. de trinitate Cabalistarum, p. 39, f. (4.  
 Helmst. 1741.) — CARPOV. et MÖLLER  
 diff. de λόγῳ Philonis non Iohanneo, p. 27.  
 (4. Helmst. 1749.)

- <sup>74)</sup> PRIDEAUX hist. des Juifs, P. II, liv. VIII.  
 p. 9. — EICHHORN'S Einheit, ins alte Testam.  
 Th. I, S. 122, 410.

superstitiosae fabulae, imo ipsae sacrorum rituum appellations, ad Iudeos<sup>75)</sup>.

Circa idem fere tempus, quo ab Esdra et Nehemia templum instauraretur Hierofolymitanum, invidia et odio prope internecino Iudeorum nova exorta est, Manasse auctore, Samaritanorum secta, quae in monte Garizim fanum extruxit, peculiari, quem vetutus fere tegit, more Deum coluit, Essæosque Samaritanos genuit, de quibus paulo post plura proferemus<sup>76).</sup>

§. 24.

His adde, Iudeos, tum qui ex Ieremie temporibus in Aegyptum (§. 12.) exulaverant, tum qui eo ab Artaxerxe III. et Ptolemaeo Lagide abducti erant<sup>77),</sup> Graeca-

75) JOSEPH. antiqu. Iud. lib. III. c. 7. p. 140.

76) EPIPHAN. adv. haeret. lib. I. haer. 7. p. 28. (ed. PETAV. fol. Colon. 1682.) — JOSEPH.

ant. Iud. lib. XI. c. 4. p. 559.

77) EUSEB. chron. p. 170. JOSEPH. ant. Iud.

lib. XII. c. 4. p. 584.

C

niam philosophandi rationem, qualis post Alexandri tempora in urbe ab ipso condita exercebatur, adamare eo magis coepisse, quo prius corrupta Platonicorum doctrina, grammatica et sophistica Alexandrinorum artificia, παχόξενος amor, et theologiae studium ibi celeberrimum, accederent ad orientalem philosophiam<sup>78)</sup>. His fere adiunxit liberalitas Ptolemaei Philadelphi, qui, Demetrio Phalereo suadente, libros Iudeorum sacros in graecum sermonem a septuaginta interpretibus verti, Iudeos omnes manu mitti et munificentia singulari decorari iussit<sup>79)</sup>. Ilis praefidili amplissimis aucti et ornati Iudei, qui Alexandriae degebant, liberrimo et honorisfientissimo otio dialecticam ceterorum gentium philosophorum imitantes, in eo toti versabantur, ut legem antiquam κατά γέραμην et ἀληγορικῶς explicantes, commentaria varia Alexandrinorum philosophorum cum

78) PHILOSTRATI VIT. APOLLON. LIB. V. C. 24.  
P. 206. (ED. Olear.) — SPRENGELS GESCH.  
DER ARZNEYK. TH. I. S. 375. 376.

79) JOSEPH. ANT. IUD. LIB. XII. C. 1. P. 585.

orientalis philosophiae dogmatibus coniunge-  
rent. Cuius quidem rei optimus testis est  
ipse JOSEPHUS, qui, de philosophandi ra-  
tione apud Iudeos vulgari loquens, nullo  
in honore esse fatetur, qui multarum gen-  
tium linguis loqui didicerint, quique in fer-  
mone dictionis venustatem adfectent et or-  
natum, sed eos solos sapientes haberi, οἱ  
τὰ νόμικα σχόλια ἐπιστέψεοι καὶ τὴν τῶν  
γερουσιάτων δύναμιν εἰμηνευσται δύναται<sup>80)</sup>.

## §. 25.

In id fere tempus (250, ante Chr.)  
incidit doctiorum inter Iudeos dissensus ac  
diductio in tres potissimum maiores discipli-  
nas, *Phariseorum* nimirum, *Sadduceorum*,  
et *Essaeorum*, qui tum de interpretatione  
legis, tum de cultus ratione, tum de iis,  
quae homines post fata expectant, tum deni-  
que de moribus et vitae ratione magnopere  
discreparunt. Tantum vero abest, ut singu-  
larum sectarum historiam illustrare nostrum  
ducamus, ut potius in *Essaeorum* institutum

C 2

in

80) *Ib. lib. XX. c. II. p. 982.*

inquirere necessarium sit, quippe qui medicam artem latissime per Aegyptum et Syriam exercebant. Id eo circumspectius faciemus et curatius, quo maior est controversia de eorum instituto, quoque magis etiamnum historia eorum neglecta fuit ab iis, qui fata artis medicae enumerarunt.

## §. 26.

Nomen Ἐσαῖος, Ἐσαηνοί, quo et PHILO Iudeus, et qui eum sequuntur, hanc gentem insignierunt, meo quidem arbitrio a Syriaca voce Ἰωάννης (pius sanctus) rad., deducendum esse videtur<sup>81</sup>. Prima fere huius sectae vestigia occurrunt Ionathae Maccabaei temporibus (145. ante Chr.)<sup>82</sup>. Sunt au-

tem

81) Aramaea enim lingua Iudei sere Syriam habitantes tunc temporis utebantur. (I. B. ROSSI della lingua propria di Christo e degli Ebrei, 4. Parm. 1772.) Neque itaque ab ἐσίω, neque ab ἐσιώ, neque a Εσαΐα, neque a Εσείω (sluis), neque a valle Εσαΐα derivandum est nomen. (Cf. SALMAS. in Solin. p. 430. l.)

82) JOSEPH. lib. XIII. c. 5. p. 649.

tem, quae suadent, non contemnenda testimonia, Essaeos in Syria et in Aegypto degentes, institutis et opinionibus valde disiunctos fuisse, quippe cum illi orientalem magis, hi graecanicam, seu potius Alexandrinorum, philosophiam et σοκαλιην adfectaverint. Hi vero Therapeutarum nomine, theoreticam seu contemplativam vitam eligentes, α θεραπεια τοῦ Ὄντος, ὃ καὶ οὐγάδοι πρέπει τὸν ἐσι τοῦ ἑνὸς εἰληφνέσεον καὶ μονάδος αρχεγονάτεον, a cultu summi numinis optimi simplicissimi, seu inde nomen habuerunt, quod medicinam vulgari meliorem colerent<sup>83).</sup>

Medicinam autem ab Essaeis cultam fuisse, JOSEPHUS disertis testatur verbis, quum radicum et lapidum vires eos perfrutari doceat, ut morbos iis curent<sup>84).</sup>

§. 27.

83) PHILO de vita contempl. p. 471. — De Therapeutarum veterum et Essaeorum discrimine vid. LANGII et ZINCKII diff. de therapeutis. Hal. 1721. et Lips. 1724.

84) JOSEPH. de bell. Iudaic. lib. II. c. 8. p. 162.

Qualis autem fuerit curandi ratio ab hac secta adhibita, ex ipso quoque Iosepho elucet: iure enim iurando, ait, adstrictos eos fuisse, ut pari reverentia sectae suae libros et angelorum nomina tuerentur<sup>85)</sup>. Medicinam itaque faciebant eam, quam Zoroastris adseclae, verbo hypostatico (§. 16.) utentes: id verbum Philo angelum, summum morborum medicum, ἀρχέτυπον παράδειγμα, θέση τῶν ιδεῶν, πόσμον νοητὸν vocat, non multum alienus ab Essaeorum doctrina<sup>86)</sup>. Hunc filium Dei primogenitum, verbi divini seu λόγου nomine, statuebant Alexandrini eius temporis, exemplar esse, ad quod homo creatus fuerit<sup>87)</sup>, eum habitare in eoptis seu mystis, et virtutibus divinis illos participare, quarum ope possint miracula producere et beneficia summa in genus humanum

col-

85) Ib. p. 162.

86) Philo leg. allegor. lib. III. p. 122. — De mundi opific. p. 5.

87) Philo de confus. lingua p. 341. Λόγος θεός, οὐ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπος.

collocare 88). Hunc λόγον ἀρχάγγελον οὐκι  
πρέπει βύτατον stare μεθέουν, seu mediatorem  
inter creatorem et creatam; orare eum pro  
iis, qui lapsi sunt: expiare sumnum numen 89);  
ipsum quoque vires binas Dei, αγαθότητα  
καὶ ἐξουσίαν unire: λόγῳ γὰρ οὐκ ἀρχοντα  
καὶ αἰγαλὸν εἶναι τὸν Θεόν 90). Huic λόγῳ  
alios obedire angelos, quos δυνάμεις ἑπη-  
νίας vocat PHILo: et cum ad ipsius exem-  
plar omnia sint creata, quae in terra sunt,  
ea etiam, quae in globo terraquo sunt,  
ante in coelis, seu in exemplaribus aeter-  
nis, quae e Deo promanarunt, contingere 91).

## §. 28.

Tota autem Essaeorum instituti ratio,  
qualem et PHILo descripsit et JOSEPHUS  
et

88) Id. quod Deus sit immutabilis, p. 312.

89) Id. quis rerum divinar. heres, p. 501.

90) Id. de Cherubim, p. 143. Cf. Eichhorns Bi-  
bliothek der bibl. Literatur, B. IV. St. 5.  
S. 781. f.

91) PHILo de monarch. lib. II. p. 226. Πάντων  
γάρ ἐπιλέγεται τῶν ἐπὶ γῆς ἐν οὐρανῷ τὰ σημεῖα.  
Cf. (Corradi) Gesch. des Chiliasmus, Th. I.  
S. 118.

et qui iis usi sunt, manifesto testatur, emotae  
fere mentis homines fuisse, qui divino fu-  
rore correpti, bacchantes et Corybantum  
more, a se plane exirent (*ἐνθουσιάζουσι*),  
donec optatum videre ipsis contigerit 92).  
In Aegypto frequentior erat gens, maxime  
prope ab Alexandria, ubi in loco acclivi  
ad lacum Mariae, saluberrimo aere frueban-  
tur 93). Desertis parentibus, liberis, patria;  
divitiis spretis et facultatibus, in villis, imo  
in desertis degebant, solitudinis, *ασκήσεως*  
et theoreticae vitae amore. In quavis domo  
erat *σεμνεῖον*, sacrarium, seu *μονασίγροι*, ubi  
*μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου ματήρα τελοῦ-  
τοι.* Leges et prophetarum oracula adsi-  
duo legebant, perpetuam servantes Dei me-  
moriam, ut ne in somnis quidem aliud ob-  
versaretur, quam rerum divinarum imago.  
Quotidie bis precabantur, oriente sole, *εὐη-  
μένιας αἰτούμενοι τὴν ἐντως εὐημερίαν*, quando  
luce coelesti repleti fuerint animi, et occi-  
dente, ut animus, ex toto oneratus sensibi-  
libus.

92) PHILO de vit. contemplat. p. 471.

93) Ib. p. 474.

libus rebus, veritatem investiget ἐν τῷ έαυτῷ συνεδρίῳ καὶ βουλευτηρίῳ. Totum vero intervallum inter matutinum tempus et vespertinum ἀσκήσει et theoreticae vitae fuit votum. Verfantes enim sacra volumina, allegoriis philosophabantur, symbola habentes naturae reconditae literas. Ante occasum so-  
lis nil comedebant, lucem dicantes sapientiae, tenebras vero corpori: nonnulli vix tertio quoque die cibi erant memores: panem merum cum sale et hyssopo comedebant: circumspetissime colebant septimum diem et septenarii numeri vim, quem sacrum putarent et semper virginem: quovis septimo die convenie-  
runt, ut tenuia habeant convivia, papyri ramentis incumbentes 94).

§. 29.

Alio loco testatur idem, numero quatuor mil- lium esse in Aegypto, nullum animal sacrificare, urbes fugere, alias artes et humani ingenii doctrinas spernere praeter de moribus dis- ci-

94) Cf. UGOLINI trihaeresium c. 16, in thesaur. antiqu. sacr. vol. XXII. col. 189.

\_\_\_\_\_

ciplinam, quam sedulo colant et exerceant,  
 κακούσι τριτοῖς χρόμενοι, τῷ τε φιλοθίῳ τε  
 καὶ φιλαιρετῷ καὶ φιλανθρωπῷ. Pietatis au-  
 tem documenta esse castitatem haud macula-  
 tam, abstinentiam a iureurando, et quod ad  
 Deum, velut bonorum omnium auctorem,  
 omnia referant. Virtutem ostendi pecunia-  
 rum, honorum et voluptatum contemtu, con-  
 tinentia, frugalitate; humanitatis denique  
 benevolentia erga omnes, bonorum omnium  
 communione et hospitalitate. Eiusmodi athle-  
 tas virtutis eos fieri non philosophiae vi,  
 quam Graeci doceant, sed αὐτίκες, unde  
 et tyranni, qui terras devastaverint, nunquam  
 Effaeos potuerint in crimen vocare, sed ab  
 omnibus praedicari eos et vitam eorum 95.

§. 30.

Paulo alias generis sunt Essaei Syriam  
 habitantes, quos IOSEPHUS commemorat.  
 Ab omnibus quidem eos in honore haberi, ob  
 καλονεγγυαῖς καὶ τὴν τῶν θεῶν ἐμπειρίαν 96;  
 ani-

95) PHILO, quod omnis probus liber sit, p. 457-459.

96) JOSEPH. antiqu. lib. XV. c. 10. p 776.

animos immortales facere, fructus iustitiae maxime expetendos censere. In templum dum donaria mittant, sacra non facere, quod lustrations habeant sanctiores: communis delubro arceri et sacra sua seorsum facere: agros colere sine servis, sed sibi invicem ministrare: proventuum quaestores creare, bonos sacerdotes, qui frumentum parent et edulia <sup>97)</sup>. Iuremurando eos abstinere, sobrietatem, castitatem, Dei cultum sanctissime servare, unguenta spernere, siéca cito semper incedere et candidis vestimentis; per integrum annum silentio horrendo adstringi, unde Pythagoraeis maxime adfines eos facit <sup>98)</sup>). Quamvis qui-dem posteriores, praesertim ecclesiae christianaes patres, vel christianos primos vel etiam monachos suisse eam gentem perhibeant,

ma.

<sup>97)</sup> Ib. lib. XVIII. c. 1. p. 871.

<sup>98)</sup> JOSEPH. de bell. Iud. lib. II. c. 8. p. 161. —

PORPHYR. de abstinent. lib. IV. §. 11. p. 332.

(ed. de Rhoer. 4. Traj. ad Rhen. 1767.) —

EUSEB. histor. eccl. lib. II. c. 16. p. 54-55.

(ed. Vales. fol. Mogunt. 1672.) — SOZOMEN.

hist. eccl. lib. I. c. 16. p. 419. (ed. Vales. fol.

Mogunt. 1677.)

magis tamen ad veritatem accedit, si Mōsis  
fuisse discipulos PHILONI credamus, Iu-  
daeos itaque eos habeamus, sed eos, qui  
vel e Graecanica vel ex orientali theologia  
ea adsumserint, quae mentem emovere ac  
fanaticum quasi furorem inspirare potuerint.

## §. 31.

Id tamen sine dubio quivis, a partium  
studio alienus, nobis dabit:

Christianos primos ἔσκηνον suam et mo-  
naстicam ipsam vitam ab Essaeis didicisse:

Ioannem praeterea Baptistam, in deserto  
Iudeae degentem, locutisque et melle  
vescentem, perversos Iudeos ad poenitentia-  
tiam hortantem, verum Essaeum fuisse, qui  
Θεόλυτος, chiliastum nuncians, Messiae  
adventum quoque praesagijit <sup>99)</sup>:

Ioannem deinde Evangelistam paulo pro-  
pius ad Essaeorum doctrinam accedere, quum  
Ἄγιον simili sere modo illustret, ac PHILO:

Paul-

<sup>99)</sup> MICHAELIS Einleit. ins N. Test. Th. II.  
S. 1057.

Paulum Apostolum, doctrina circumspectius utentem, variis locis monere, caueant sibi Christiani ab erroribus Essaeorum<sup>100</sup>):

Apollinem Iudeum ex Alexandria advenam, Λόγιον virum et δυνατὸν εὐ ταῖς γραφαῖς, qui solum Ioannis baptismum cognosceret<sup>101</sup>), genuinum fuisse therapeutam,

Marcum denique apostolum, Alexandriae evangelio nunciato, sicireo tot proselytas ibi invenisse, quod Essaeorum mores proxime ad Christianos accederent<sup>102</sup>).

Absit tamen ea a me audacia, ut Christianismum ipsum ab Essaeorum secta profectum esse contendam: cum HIPPOCRATE

enim

<sup>100</sup>) Coloss. II. 18. 1 Timoth. IV. 3.

<sup>101</sup>) Act. apost. XVIII. 24. De baptismo, quo Iudei utebantur in proselytis adscendis, vid. REISKIUM in UGOLINI thefau. antiqu. sacr. vol. XXII. col. 861. f.

<sup>102</sup>) EUSEB. hist. eccl. lib. II. c. 16. p. 53.

enim sentio: Τὰ ἴερα ἔντος πλέγματα ἴερατα  
ἀνθεώπουσι δείκνυται. Βεβήλοσι δὲ οἱ θέματα  
πρῶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργύλωσιν ἐπισημάνται.

## §. 32.

Tandem ad orientalis philosophiae propaginem famigeratissimam et in diiudicanda artis nostrae historia gravissimam proprius accedo: *Kabbalam* nimurum, seu *matroneo-χριαν* illam, quae, sacrorum librorum literali sensu alium etiam arcanum et mysticum addens, codicem eum ab omni aeternitate extitisse, Deumque ipsum legere eum solere, in eo vero omnem humanam divinamque scientiam contineri, verborumque ope sacrorum miracula perpetrari posse statuit. Is commentorum orbis, ex orientali certe et corrupta Platonicorum philosophia originem petens, ab Effaeis aut Therapeutis et ab ipso PHILONE iam aliquo modo exultus, primo post Christum natum saeculo, AKIBAH, SIMEONE IOCHAIDE, aliisque auctoribus forma scientiae encyclopaedicae com-

pre-

prehensus fuit<sup>103</sup>). Id systema enim, in libris antiquissimis IEZIRAH et SOHAR traditum, emanasse ex Deo infinito (אֵין־סֹוף) decem סְפִירָה seu angelos, qui primum mundum אַצְלָה constituant, quarum tres primi, יְרֻעָה, בִּנָה, חַכְמָה, respondent τρεῖς Platonicae, ἀγαθόν, δημοσίευμα et ψύχη<sup>104</sup>). Adoptasse etiam doctrinam Zoroastris de Mithra (§. 15.), inde elucet, quod paraphrastes Chaldaeus Ionathan, qui Onkelofum sequebatur, primus nomen מִתְרָן introduxerit, quod postea pro legato Dei (אֶלְלוֹת אֱלֹהִים) venditum fuit<sup>105</sup>.

D 2 Prae-

<sup>103</sup>) TIEDEMANNS Geist der speculat. Philosophie, Th. III. S. 145. — SPRENGELS Gesch. der Arzneyk. Th. III. S. 257. — KLEUKER über den Ursprung des Emanations-Systems, §. 14. — (CORRODI) Gesch. des Chiliasmus, S. 38. f.

<sup>104</sup>) PORPHYR. apud CYRILL. contra Iulian. lib. VIII. p. 271. — RITTANGEL. ad libr. Iezirah, p. 150. — MEYER diss. de mysterio trinit. §. 22. p. 40. §. 31. p. 23. f.

<sup>105</sup>) GLAESNER diss. de trinitate Kabbalist. p. 49. f.

Praeter emanantem mundum statueruntur  
tres alii, *creatus* (ברויָה) *formatus* (יִצְרוּ)  
et *structus* (בְּנִישׁוּ)<sup>106</sup>), quorum quisque ita  
cum alio cohaereat, ut, quidquid in structo  
aut formato mundo fieri debeat, ante praeformari  
dicatur in creato mundo aut emanante.

Id vero systema, quantopere nocuerit  
arti medicae, quum et secundo et decimo  
texto faeculo cum ea funderetur, Cl. Prae-  
fes alibi iam uberioris exposuit<sup>107</sup>.

§. 33.

Atrox rerum conversio, qua cum ex-  
cidio urbis pristinam gentis gloriam leavit,  
atra quasi caligine omnes immergit scientias.  
Cautum autem eo tempore est, ne leges  
variae, traditiones, commenta doctorum,  
ore propagata, in tanto fortunae publicae  
naufragio intercederent. Hinc ELISAEUS  
Galilaeus et IUDAS sanctus (יְהוֹדָה וְקַפְרֵן)<sup>108</sup>,  
An-

106) Iezirah, ed. RITTANGEL. p. 162.

107) SPRENGELS Gesch. der Arzneyk. Th. II.

S. 134. Th. III. S. 260. f.

Antonino Pio Imperatore, omnes illas traditiones et doctorum praecepta in unum corpus congefferunt, quod *Mishnah* dicebatur. A quo deinceps tempore eruditii scholarum Syriacarum antistites illud opus commentariis amplissimis illustrarunt, quibus *Gemarae Hierosolymitanae* nomen, IOHANANE primis collectore (saec. III.). *Babyloniam* autem *Gemaram* saec. V. composuerunt ASCHER ET IOSE; quae utraque Gemara cum Mishnah iunctum, *Talmud* dictum opus constituit. Ilii vero doctores, qui ante Mishnam editam Tannaim, et ab hoc tempore ad Babylonicae usque Gemarae additionem Ammoraim vocabantur, ut omnis suae doctrinae, sacrae et civilis documenta, ita et medicae, ubertim inseruerunt.

§. 34.

Mirandum autem omnino est, utut fabulosa sunt et superstitiosa plurima commenta, varia tamen in Talmudibus tradi, quae optimam corporis humani cognitionem, ex ipsa dissectione ortam, saniorem de morbis

do.

doctrinam et rationalem curandi methodum produnt. Arbitror autem, traditiones eiusmodi ab Alexandrinis Iudeis potissimum propagatas fuisse, quibus contigerat cum philosophis et medicis Graecis, Alexandriae de gentibus, verlari ac ab ipsis eruditiri. Notum enim est, eo tempore, quo Iudei Alexandriae liberaliter exciperentur (§. 24.), anatomicae studium maxime ibi viguisse, ac seetas plurimas exortas fuisse, quae tum experientia duce, tum ratione, medicinam colere fatagerent.

§. 35.

Ut paucula tantummodo excerpta oculis lectorum subiiciamus<sup>108)</sup>, Cleopatra regnante mulier quadragesimo die post conceptionem dicitur ad supplicium tracta fuisse, in cuius utero dissecto foetum perfectum deprehenderint medici<sup>109)</sup>. Rabbi ISMAËLIS discipuli in scorti sectione traduntur membra

cor-

108) Plura congesit w. GINZBURGER in diss. de medicina ex Talmudicis; G. G. RICHTER opusc. vol. I. p. 142. 159.

109) Tr. Niddah, fol. 30. 2.

corporis 252 reperisse, inter quae nymphae, labia et musculi clitoridis numerantur 110). Tres aliquando renes, aliquando duo intestina recta in cadaveribus reperi 111). Medullae spinalis initium circa foramen magnum ossis occipitis, finem in cauda equina sic determinant, ut huius distributas propagines *angulæ* peculiari prosequantur 112).

### §. 36.

In sanguine quaerentes morborum pie-  
rorumque caussam, adhaerere videntur pri-  
stinae scholæ dogmaticæ, quæ a PRAXA-  
GORA Coo originem duxit 113). Inter plures

ob-

110) Bechoroth, fol. 45, 1. Disentinent in tract.  
תְּהִלָּה, c. 1. §. 8. (Milchnah, ed. SUREN-  
HUS. P. VI. p. 149.) ubi 248 membra, ut 30  
in vola pedis, totidem in vola manus, 10 in  
talo, quinque in genu, sex in apertura  
cordis, quinque in foraminibus illius sta-  
tuunt.

111) Chulin, fol. 55, 2. 58, 2.

112) Chulin, fol. 43, 2.

113) Bava bathra, fol. 28, 2. — SPRENGELS  
Gesch. der Arzneyk. Th. I. S. 306

observationes egregias, quae fabulis superstitionis intertextae sunt, commemorare tantummodo licet, luxationem femoris a laxitate ligamenti <sup>114)</sup>, claudicationem ex ulcere medullae spinalis <sup>115)</sup>, et ulcus uteri <sup>116)</sup>.

Plurimorum morborum praesidium credunt vinum esse, quo deficiente, cetera demum medicamenta adhibere fas sit. Id ex ASCLEPIADIS schola haussisse iure suo auctorat GINZBURGERUS <sup>117)</sup>, qui, ut afferiori veterum medicinae novam acquireret gratiam, indulgentior in aegros, laxavit vincula, quae vini aliarumque vitae deliciarum usum paullo severius restringerent. Quid? quod ipsam manum variis morbis admovere imperent, maxime ἀτρίπτω ano <sup>118)</sup>.

§. 37.

<sup>114)</sup> Sabbath, fol. 53.

<sup>115)</sup> Chulin, fol. 51, 1.

<sup>116)</sup> Niddah, fol. 22, 2.

<sup>117)</sup> L. c. p. 154.

<sup>118)</sup> Sabbath, fol. 134, 1.

37.

Cum IUDAS HAKKADOSCH per  
rege e Palaestina abiisset, migrarunt etiam  
scholae Iudeorum in Babyloniam, ubi tres  
potissimum celeberrimae fuerunt: aetate au-  
tem prima, quam Scrae ad Euphratrem, Hun  
primo rectore, instituerunt <sup>119)</sup>. Excepit  
illam secunda, post quinquaginta fere annos,  
*Pumbedithae* stabilita a Nachmanide; deinde  
tertia Nebardeae, seu *Hadithi*, ad Euphra-  
tem celebris. Hae <sup>רַבָּה</sup> seu *academiae*,  
antiquum morem, initiatos honoribus et im-  
munitatibus dignitatum et titulorum <sup>רְאֵבֶן</sup>  
seu *doctoris condecorandi*, sancte servarunt;  
et ab his transit is ritus ad Arabes Bagda-  
denses, ubi prima eius vestigia saeculo octa-  
vo occurrunt, quum Bakhtishwah Khonai-  
num *Rabban* renunciaret <sup>120)</sup>. Haec promotio  
Iudeorum doctorum Christi temporibus iam  
vul-

119) URSINTI antiqu. scholast. Ebr., in uago.  
LINI thesaur. antiqu. sacr. vol. XXI. col. 798.

120) ABULFARAG, chron. syriac. p. 170. ed.  
Kufch.

vulgaris, ante Hilleli tempora tantummodo  
in terra Canaan institui debebat, postmodum  
vero et in aliis academiis <sup>121)</sup>.

§. 38.

In iis scholis tota doctrinae ratio com-  
pletebatur explicationes sacrorum librorum,  
legumque et traditionum, quas doctores  
priores promulgaverant. Cum hoc autem  
studio Kabbala maxime iungebatur, cuius  
ope mysticum sacrarum literarum sensum in-  
vestigare ac ipsa prodiga perpetrare fatege-  
runt. Hae scientia imbuti morbis omnibus  
curandis pares habebantur: ut inde explicari  
possit, cur odio prosequuti fuerint medicos,  
vulgari scientia imbutos, cur ad Gehennam  
eos damnaverint, neque habitare in urbe vo-  
luerint, cuius praefectus fuerit medicus <sup>122)</sup>.  
Psalmorum enim verbis potius aut angelorum  
nominibus morbos fugare studuerunt. Dia-  
lecticæ præterea artis usus adeo invaluit  
apud adseclas scholarum Babyloniarum, ut

<sup>121)</sup> URSIN. I. c. col. 891.

<sup>122)</sup> URSIN. I. c. col. 1009.

proverbio etiam acerrima disputandi ratio  
apud eos vulgaris veniret <sup>123)</sup>

§. 39.

§. 39.

Ex his vero scholis qualiscunque scien-  
tiae lux affulit Arabibus, quum literas amare  
coepissent. Iudei enim doctores, quibus  
exoticarum linguarum usus prohibitus ibi  
non erat, et Graecos et Syros philosophos  
medicosque Arabice interpretabantur, ut eo  
modo Arabes paulo melius Graecorum do-  
ctrinam cognoscere possent. Ita MASERD-  
SCHAWATHUS Dschaldschalis filius, inter-  
pres inter Arabes omnium primus, natione  
Iudeus, et e Bafra, Sorae vicina, natus  
fuit (24). ISAHARONIS Alexandrini pan-  
dectas medicas e Syriaco idiomate in Ara-  
bicuum transtulit: sequuti autem ipsum plu-  
res Christiani sunt ex familia Ebaditarum,  
quorum historiam videsis apud SPRENGE-  
LIUM (25).

**Ulte-**

123) *Ib.* col. 982.

124) ABULFARAG, hist. dynast. p. 198. ed.  
Pocock.

125) Gesch. der Arzneyk. Th. II. S. 260, 261.

olim Ulteriorem vero artis medicæ inter  
Iudeos historiam, alio tempore signandam  
et enumerandam suscipiemus, quum medio  
aevi plura adhuc occurrant eius documenta,  
quæ, quanta fuerit et Christianorum fides in  
medicinam Ebraeorum, ostendunt <sup>126)</sup>.

<sup>126)</sup> e. g. MARTENE collect. ampliss. vol. IV.  
p. 925. vol. VII. p. 116.

scitur si animal pianto endemum esset  
animos suorum admodum inservientem.

### T H E S S.

Item alveum sanguinem regnorum  
de constringere atque inde sanguinem libescit  
occidit etiam I. utrumquod tempore.

Quae alvum movent, siccifcentibus va-  
riolis siccirco commoda esse mihi hand vi-  
denter, quod alvum tantummodo ducant, sed  
quod cutis irritamento aliud substituant.

### II.

Sudores, urinas, et si quid aliud falu-  
briter excernitur, id potius criseos, quae  
jam contigit, signum, quam crisi ipsam, esse  
arbitror.

### III.

Causam epilepsiae verminosae proxi-  
mam, ut dicunt, a vermis ipmis praebeti,  
nego.

### IV.

XXXVII  
IV.

Dum morbus omnis finitus est, remediis, quae sanitatem firmant, fere non egemus.

## V.

Id, quod per spiracula cutis naturaliter secedit, catarrhos, dum forte regressum est, nequaquam ciere, exploratum fere habeo.

## VI.

Curatio, quae a symptomatibus petitur, summi saepius momenti instar habet.

## VII.

Opio praestantius cardiacum in rerum natura vix aliud existit.

in VIII.

Anatomia justo subtilior esse nequit.

## III

A

A  
MONSIEUR MEYER LÉVIN,  
LICENTIÉ EN MÉDECINE,  
PAR  
SON AMI D'EMDEN  
ÉTUDIANT EN MÉDECINE.

C'est, mon cher ami, au moment d'une séparation dont on ne prévoit pas le terme, que les sentimens de l'ame semblent se réveiller avec une nouvelle force, et porter au coeur ces sensations tout-à-la fois poignantes et délicieuses qui n'appartiennent qu'à l'amitié la plus pure et la plus vraie. Tu connais sans doute trop toute l'affection qui m'unît à toi, pour douter un seul instant de la situation où se trouve aujourd'hui mon ame. Crois, que je ne me consolerai jamais de ton départ, si la raison, si l'amitié elle-même n'imposait silence à ma douleur; oui, mon cher, c'est par le vif intérêt qui m'attache à ton

bon.

bonheur, c'est par la part que je prends à tes succès, que, loin de me plaindre, je dois remercier le destin qui t'arrache de mes bras; mais, s'il faut nous soumettre au sort, sachons au moins en modérer l'amertume; en resserrant de nouveau les liens qui nous attachent l'un à l'autre; reposis donc au nom de l'amitié ce faible témoignage des sentiments que mon cœur te rétiere; et sois bien sûr, què l'absence, loin d'y porter la moindre atteinte, ne peut que leur prêter une nouvelle vivacité.

Puisse le ciel, sensible aux yeux que je lui adresse pour toi, t'accorder les plus brillans succès dans une carrière dont tu t'es si glorieusement ouvert l'entrée; Puisse-t-il dans tout le cours de ta vie te rendre aussi heureux que tu le mérites, et me mettre à même un jour de te donner des preuves plus efficaces des sentiments que je te rétiere et avec lesquels je ne cesserai jamais d'être

Halle ce 19 Nov. 1798.

ton plus sincère ami  
D'EMDEN

not à edocant in imp 1810 mi lie si me las, 1810

pour

Halle, Disc, 1795/1800



Sl.

vel 18



inches  
1 2 1 1  
Centimetres  
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

## Farbkarthe #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

B.I.G.

# ANALECTA HISTORICA

AD

## MEDICINAM EBRAEORVM.

Furstov Rantze,

2. II. 1890.

V T,

CONSENSV FACVLTATIS MEDICAE

HALENSIS,

GRADVM DOCTORIS MEDICI

LEGITIME ACQVIRAT,

PRAESIDE

## CVRTIO SPRENGELIO,

MEDICINAE DOCTORE,

PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO

MEDICINAE ET BOTANICES;

ADSESSORE FACVLTATIS MEDICAË;

PRAEFECTO HORTI BOTANICI ACADEMICI;

DIRECTORE SOCIETATIS SYDENHAMIANÆ;

ACADEMIAE IMPERIALIS NATVRÆ

CVRIOSORVM, ET SOCIETATIS

NATVRÆ CVRIOSORVM HALENSIS SODALI;

SOCIETATIS MEDICORVM ET CHIRVRGORVM

HELVETICÆ

MEMBRO HONORIS CAVSSA NOMINATO;

SOCIETATI SCIENTIARVM GÖTTINGENSII

LITERARVM COMMERCIO CONIVNCTO,

DIE XIX. NOV. MDCCXCVIII.

DEFENDET

MEYERVS LEVIN,

ANHALTINVS.

HALAE,

FORMIS IO. CHRIST. HENDELI.